



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

153. An Græcus, qui post contractum matrimonium, initiatus est Minoribus ordinibus, gaudeat priuilegio fori? Et docetur Clericos in Minoribus coniugatos Orientales, quos Græcos apellamus, gaudere ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. CL III. 169

Capiblancus de officio Baronum tom. 1. pragmat. 8.
part. 3.n.52.

*Quod hic est
Relacione
littera*

2. Sed ego in 1. part. tract. 2. resol. 50. merito affirmavi sententiam docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Speculatorum in tit. de compet. iudic. addit. §. 1. num. 24. Francum in cap. vnic. de coniugat. in 6. Cœpollan consil. crimin. 10. Mandonium in addit. ad Lapum. allegat. 40. & 118. & Camillo Borellum in speculo Principum rubr. 11. §. videamus. in princ. lit. A. quos citat. & sequitor Riccius part. 3. decif. 170. num. 1. & ita hanc affirmatiunam sententiam nouissimè, me citato, tenet etiam Paulus Squillante de priuileg. Cleric. cap. 7. dñb. 2. num. 27. & Antonius de Martinis quodid. resol. cap. 58. num. 2. ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. & ex aliis iuribus, quæ ego ipse ubi supra adduxi, & hanc opinionem tenet etiam Gavantus in encyclid. Episc. ver. Clericus num. 8.4. quæ præsentim procedit in Regno Neapolitano, ut ipsemet testatur ex declaratio- ne sacre Congregationis 27. Februario. 1630.

3. Norandum est etiam hic obiter, quod sacra Cardinalium Cogregatio censuit Clericum coniugatum qui post dimissum habitum & tonsuram clericalem pro debito aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumpto habitu & tonsura (modo non in fraudem) Ecclesia inferuerit iuxta decretum Concilii ubi supra, non posse à iudice laico propter id delictum in carcere conici, aut personaliter astringi, & ad hoc facit cap. si index laicus, de sentent. excommunic. in 6. Et licet Cabedo part. 1. decif. 58. num. 8. doceat, quod si Clericus coniugatus pro crimine captiatur, incedens sine habitu, & tonsura, & deinde è carcere fugiens, habitum & tonsuram reassumat, & in ea iterum captiatur, non gaudet priuilegio fori, in c. ex parte, de priuileg. tamen hæc opinio dispiicit Barbo- sa de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. num. 29.

RESOL. CL III.

An Gracu, qui post contracatum matrimonium, initiatu- est minoribus ordinibus, gaudet priuilegio fori. Et docetur Clericos in Minoribus coniugatos orientales, quos Graeci appellant, gaudere priuilegio Canonis, & fori, etiam si Ecclesia non deferuntur. Ex part. 5. tract. 1. Ref. 26.

§. 1. **C**ausa hic ardenter his diebus fuit inter vitos doctos agitatus, & videtur prima facie negatiuè respondendum, ex e. cum olim, de Cler. coniug. in illis verbis, iuxta ritum Gracorum uxorem duxerit, in minoribus Ordinibus constitutis, & paulo infra. Quoniam Orientales in minoribus contrahunt. & ideo glori. in e. quæstus, de pœn. & remis. sic ait. Presbyteri Graeci, qui vtuntur matrimonio in minoribus Ordinibus contrac. &c. vnde Ioh. Honorius in comp. iur. Can. lib. 3. tit. 2. num. 6. ita afferit. In Orientali Ecclesiis Clerici in minoribus constituti, contrahunt matrimonia, & in superioribus Ordinibus vtuntur matrimonio contrac. Hoc ille, cui adde Bellatum in disquis. p. 1. tit. de discipl. Cler. §. 9. n. 4. & tandem in terminis Venetus in exam. Episc. lib. 3. c. 32. n. 3. ita ait. Quid prius Clerici Graeci suntur Ordines, an uxores? Respondeo, prius quatuor Ordines, & post uxores. Sed in caso de quo loquimur, reus prius contraxit matrimonium, & postea Ordines minores accepit, ergo. Confirmatur hæc ratio authoritate Marcelli Vulpe in praxi, cap. 40. num. 10. afferentis, quod laicus post contractum matrimonium cum unica, & virgine non potest initiari prima Tonsura, &

Tom. IX.

effici Clericus coniugatus, ut gaudet priuilegio fori. At hoc accedit in casu nostro: ergo, &c.

2. Verum ego affirmatio sententia adhærendum esse puto, pro qua firmanda dico cum Azotio part. 1. lib. 5. cap. 11. q. 7. & Baldello in Theol. mor. lib. 5. diff. 41. n. 2. quod post separationem Ecclesie Orientalis ab Occidentali, & post translatum Imperium à Graecis ad Germanos sub Leone III. communiter Clerici Orientales, & Graeci non tenentur legibus Pontificiis, quæ de novo emanant pro Ecclesiasticis quia intentio Pontificis non se extendit ad illos, ut manifestè colligitur. Nam cùm in pluribus discrepant à Latinis, nullus tamen ex Pontificibus eos reprehendit, & damnat, etiam quando sunt inter Latinos. Ex quibus Azotius, & Baldellus obseruant dictos Graecos etiam coniugatos, posse promoueri ad Ordines, ergo etiam ad minores, cùm loquantur absolu- tè, & sine vila distinctione. Nec assignari potest ratio quare sit licitum Graeci initiari post coniugium facis Ordinibus, & non minoribus, ut per- petram voluit Venerus, & infra magis patebit. Vnde Squillante de priuileg. Cleric. cap. 8. num. 11. & Quaranta in summa Bulli. verb. Gracorum ritus, in principio. sic afferunt: Sacerdotes Graeci vtuntur legitimo matrimonio contrac. in laicali habitu, vel dum erant in minoribus: ergo Graeci possunt Ordines minores suscipere, non solum ante, sed etiam post matrimonium contractum; alioquin non dixisset Quaranta, & Squillante, quod possunt uti matrimonio in habitu laicali contrac. Quod manifestè etiam probatur, quia minorem incompatibilitatem habent Ordines minores cum coniugio, quam Ordines sacri, cùm istis, ut patet, annexum sit castitatis votum, ergo si Graeci post coniugium possunt sacros Ordines suscipere, vt docet Valquez in 3. part. tom. 3. diff. 24. num. 2. Fautus Thes. relig. lib. 7. quest. 9. & alij communiter; à fortiori dicendum est minoribus etiam initiari posse; cui enim conceditur maius, & minus concedi videtur ex l. filius, §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. caus. mort. l. non debet, ff. de regim. & ex cap. ex parte, de decimis; vnde cui licet quod est plus, licet etiam quod est minus, ex cap. lices, de re- gul. iur. in 6. Et ideo Doctores, qui absolute docue- runt Graecos post coniugium posse ascendere ad sa- cros non limitarunt suam sententiam, nisi Ordines minores fuerint ab ipsis assumpti ante initium matrimoniis; nec vla ratio appetat quare talis limitatio apponenda foret, esset enim limitatio ridicula, & impertinens; nam assumptio Ordinum minorum ante coniugium, nullam ei tollit deformitatem, quoad suscipiendos Ordines sacros, ut patet: & probatur in Clericis coniugatis Latinis qui non obstante quod sumperierint Ordines minores ante coniugium, non possunt tamen ad Sacros ascendere; quia vla matrimonij etiam post minores Ordines suscepti est indecés cum sacris Ordinibus, & ideo à iure Latinis prohibitus: qui quidem cùm Graeci licet sit, & permisus, sequitur sacros Ordines ipsos posse suscipere, non solum si minores Ordines ante matrimoniis sumpererint, sed etiam postea. Quod aperi- te confirmatur ex praxi, vt testantur fides subfieri- pte ab eorum Archipresbyteris, in quibus appetat Graeci initiari minoribus Ordinibus & ante, & post susceptum matrimonium. Sed vla est optimus in- terpes priuilegiorum, ut notar Salas loquens in quodam caso de Clericis Graecis diff. 14. scilicet 5. n. 64. & patet ex cap. cum dilectus, de consil. l. minim. ff. de legibus, & l. si de interpretatione, eodem tit. ergo, &c. Dicendum est igitur reum, de quo loquimur, non esse priuilegio fori priuandum. Et ideo Paulus Squillante de priuileg. Cleric. cap. 6. num. 20. loquens

P. individualis

Sup. hoc in
tom. 3. n. 4.
Refol. 86. §.
Nec obstat
dicere ad
medii, vñf,
Quid con-
firmatur, &
in aliis casis
not.